Libellus iste ex diuersis librorum exemplaribus conscriptus
atque compositus est ad laudem et gloriam domini nostri ihesu christi
et gloriose genitricis eiusdem dei et domini nostri necnon et aliorum sanctorum
suorum siue et ad solacium cunctorum audientium eum atque diligentium
eum omnium edificacionem. Distinguitur autem in septem partes.
In prima parte dicetur quedam de collacionibus patrum sanctorum. In secunda
parte inueniuntur quam plurima de vitis patrum sanctorum. In tercia
parte conscripta sunt meliora que de dyalogo beati Gregorii pape.
In quarta parte ponuntur quedam de libello beati patricii episcopi qui
tractat multa de tormentis animarum puniendarum necnon de gau
diis paradysi deliciarum. In quinta vero parte inueniuntur quedam
de beato bernhardo atque de multis aliis ex ordine Cyster
ciensium. In sexta vero parte reperiuntur quam plurima miracula
de beata et gloriosa semper virgine dei genitrice maria. In septima
et ultima parte habentur rumores quam plurimi qui ex diuersis re
ligiosorum hominum sunt narracionibus compilati.

s. n. 350
596
596

Illa circulis hisce includuntur, omissa sunt.

De quodam viro sancto in morte expauit.

Quidam sanctus vir ad mortem perueniens uehementer expauit.
sed post mortem discipulis in stola alba apparuit. et quam preclare
sit receptus indicauit. sic pauor mortis de prauis culpis egre
dientes animas iustorum quandoque punit. // De insultacionibus demonum.
Legitur quod abbati moysi frequenter apparuerunt demones maledicen
tes ei atque dicentes: euasisti nos et nichil potuimus tibi
facere. quia quociens te per desperacionem humiliare volumus exaltatus es,
quociens autem te exaltamus, ita te humilias ut de nobis nullus ac
cedere ausus est ad te.

Unde accidia oriatur.

Quidam requisiuit senem dicens: Cur sedens in cella
pacior accidiam. Cui senex: quia non vidisti fili mi
requiem quam speramus neque tormenta que timemus. Si enim ea diligenter

1